absq corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succubinis, ac pro re aliqua Principali ex contentis scripti praefati manualis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Stephanus Poshorodecki suie eius posteri, ad instantiam praefati Generosi Wnimcki suie eius Successorum ad officium praesens Castren Capitaneale Premyslien exnunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, damna Terrestria praetacta simpliciter absq corporali Juramento taxata luere, in scriptum huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum plenum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum seruitio militari, admunimentatione ad euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea vltra proximos Officij praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis, euasionibus suspensionibus, fatalis Juris, praesentine Terrestri bello conuentione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante

10/r

Sabbatho post Dominicam Cantate proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

273

Tyranski Drohoiowskim Donat et Statuet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Franciscus Tyranski olim Generosi Hermolai Tyranski filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Generosarum Salomeae Generosi Michaelis Starzynowski Consortis Legitimae, atq Helenae Tyranskich Virginis sororum suarum germanarum, pro quarum rati habitione cauet et se praesentibus inscribit nomine, bona sua et praefatarum sororum propria, in se Recognoscentem atq easdem sorores suas morte olim memorati Generosi Tyranski Parentis sui iure naturalis Successionis deuoluta vocelolice Curiolam seu domum antiquitus Chrapkowskie

nuncupatus hic Premysliae in Platea Portali dicta penes Curiam molendinalem vulgo Zappa ab una, ab altera vero parte penes domum seu fundum Generosi Caroli Gorecki iacentem et consistentia una cum fornicibus muratis et testudinibus hypocaustis, Conclavibus stabulis stabilis cumq omni bonorum eorundem seu praedictae funiolae Iuri dominio proprietate titu loq haereditario, omnibusq et singulis eiusdem domus seu fu niolae utilitatibus fructibus proventibus redditibus commo dis et emolumentis obventionibus attinentiisq et pertinen tiis universis. Nihil ex praemissis Iuris dominiy proprie tatis haereditatis et cuiusuis competentiae pro se Recogno scente suisq successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo. verum prout praemissa bona seu memorata cuniola se Recognoscentem concernebat ac eidem legi time serviebat. Iam exnunc et defacto Generosis Andreae a Drohoiow Drohoiowski et Theophilae Zaborowska Coniugibus legitimis eorumq posteris dedit donavit inscri psit et resignavit perpetuo, prout praesentibus dat do nat, ac titulo puro mero irrevocabiliq donationis inscri bit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. In quo quidem bona seu praefatam Cuniolam per se Recognoscen donati et praesentibus resignationis idem Recognoscens Generosus Franciscus Czyrawski suprascriptis Generosis Andreae a Drohoiow Drohoiowski et Theophilae Zaborowska Coniugibus legitimis donatariis suis et illorum successoribus iam exnunc et defacto coram Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die

quacunq

quacunq voluerit officiose acceptandam. Per ipsos donatarios suos illorumq posteros hac eadem bona seu memoratam Curio lam praesentibus donatam et resignatam, cum vniversis eius vtilitatibus et vsufructibus, attinentiisq et pertinentiis tenendi habendi et possidendi, illaq quiete et pacifice vti fruendi: ad suos et suorum successorum quosuis beneplacitos vsus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeviternis temporibus. Debebitq et tenebitur memoratus Recognoscens prout se et suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusuis pecuniariis habitis et habendis suprascriptis donatariis suis inscribit et obligat praesentibus. ipsos et eorum successores in dictis bonis seu Curiola memorata praesentibus donata et resignata, ratione eorum omnium, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq status sexus, et conditionis cuiusuis existentium, ex occasione suprascriptorum exorienda et emergenda. Per omnes Processus prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio, in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit, semper tueri, defendere, evincere, et intercedere ac liberare, indemnesq eosdem et eorum posteros facere redderer, nec non hac eadem bona seu Curiolam memoratam praesentibus donatam et resignatam ab omnibus in genere Iuribus, et inscriptionibus prior et posterioribus super bona praefata seu praedictam Curiolam modo quovis cuiuscunq personarum factis et faciendis, eandemq afficientibus, tum etiam a quibusuis Citationibus

super eadem bona seu Curiolam memoratam praesentibus donatam et resignatam modo quovis importatis et importandis. Lucris denique et perlucris, processibusque Juris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus donatis et resignatis, perductis et perducendis, emundare et expedire mundaque et libera semper facere tenebuntur. Ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bono eum praefatorum seu memoratae curiolae praesentibus donatae et resignatae, dum per Nobilem et Nobiles duos officiose requiretur et acceptabitur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, datique et admissa eadem, possessionem, et usum fructum, praemissorum omnium modo quovis tam per se, quam et per alias quasvis submissas et subordinatas personas, non praepedire, nec adimere, ipsosque donatarios suos illorumque Successores, in praemissis omnibus donatis et resignatis nullo modo iniuriari. Ita ut haec eadem bona seu Curiola memorata praesentibus donata et resignata, cum universis eiusdem utilitatibus, et usufructibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis. iidem Donatarij sui, suis cum Successoribus quiete ac pacifice praesentis inscriptionis donationis vigore, tenere, habere et possidere queant, illisque bonis seu praedicta Curiola uti frui possint, perpetuis et aeternis temporibus. Salij Sub damnis terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Successoresque

Successoresq; duas præfatis Donatariis suis et illorum Successoribus ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendos. Nihilominus idem Recognoscens Gnosus Franciscus Tyrawski se ac suos Successores in et super bonis suis gnaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis Generosis Andreæ à Drohoiow Drohoiowski et Theophilæ Zabawska Coniugibus legitimis Donatariis suis eorumq; posteris inscribit et obligat præsentibus. Suprascriptas Generosas Sameam Gnosi Michaelis Skrzyszewski Consortem legitimam atq; Helenam Tyrawskich sorores suas germanas, et quidem Generosam Skrzyszewska cum assistentia mariti illius virginem verò Gnosam Tyrawska postquam in matrimonium locata vel cænobium ingressa fuerit cum assistentia superiorum illius sive mariti vel in eventu mortis successores earundem ad approbandum per ipsas Inscriptionem præsentem Donatoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quævis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum medij anni adducere et personaliter statuere, ab eisq; vel earum Successoribus ut præmissa debitè exequantur efficere. Et antequam idem Suprascriptus Recognoscens easdem supranominatas sorores suas germanas statuerit, se cum Successoribus in et super bonis suis gnaliter omnibus, summisq; quibusvis pecuniariis habitis et habendis Suprascriptis Donatariis suis inscribit et obligat præsentibus eosdem supra-

scriptos Donatarios suos, et eorum successores, in dictis bonis
seu Curiola memorata praesentibus donata et resignata, ratio-
ne eorum omnium, ab omni et quavis impetitione undiqua qua-
rumcunque personarum cuiuscunque status, sexus, et conditionis
cuiusvis existentium, ex re persona, et occasione su-
praeseriarum statuendarum sororum suarum germanarum
modo quovis exorienda et emergenda. Nec non in omni
Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit semper
tueri defendere eximere et intercedere ac liberare, inde-
mnesque eosdem, ac eorum successores facere reddereque, imo ipsae
eadem bona seu praedictam Curiolam praesentibus donatam
et resignatam ab omnibus in genere Iuribus et inscriptio-
nibus prioribus et posterioribus super bona praefata
seu memoratam Curiolam modo quovis cuicunque perso-
narum factis et faciendis, eandemque afficientibus tum etiam
a quibusvis Citationibus super eadem bona seu curiolam
praedictam praesentibus donatam et resignatam modo
quovis importatis et importandis, Lucris demum et perlu-
cris, processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto
et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio
Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omni-
bus praesentibus donatis et resignatis perductis et per-
ducendis emundare et eliberare mundaque semper et
libera facere reddereque. Idque sub similibus damnis Per-
restibus simpliciter absque Corporali Iuramento evadan-
dis

dis et edicendis per eundem Recognoscentem sive illius Successores suprascriptis Generosis Drohoiowskim Coniugibus binis, Donatariis suis, aut illorum Successoribus ob non statuitionem praefatarum sororum suarum germanarum statuendarum vel in eventu mortis Successorum earumdem, pro tempore et loco superius expressis, ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis terrestribus, simpliciter absq corporali Iuramento taxan et educen, modo quo supra ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa, complenda citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Franciscus Tyrawski sive eius Successores, ad instantiam praefatorum Generosorum Andreae a Drohoiow Drohoiowski et Theophilae Zabawska Coniugum legitimorum Donatariorum suorum sive eorundem Successorum ad officium praesens Castren Capitan Praemysliense, mextunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere damna praetacta Terrestria luere, inscriptioni praesenti satisfacere, ac omni iudicato parere debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impe-

2040 q1688

dimentis non differendo. Ad quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos, ad dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris, praeseruatione Terrestri bello, conuentioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Pobidzinski Pobidzinskiemu Retrocedit ac eundem euincet & tuebitur.

273 Comparens personaliter coram officio, et Actis praesen Castren Capitan Praemyslien, Generosus Martinus de Pobidno Pobidzinski, Generosi Andreae de eadem Pobidno Pobidzinski, Subdapiferi Nowogroden filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs, et competen, recedendo. Praesenti verò Castren, Capitan, Praemyslien Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter, et plenariè, incorporando, atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum, recognouit. Quia ipse de omni et integro Iure suo inscripto videlicet de Inscriptione Castren Capitan Sanocen, per Generosum olim

Joannem